



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

59. Aliàs à fel. rec. &c. Declaratio quarundam Literarum Innocentii XI. circa
observantiam Vitæ Communis, aliorumque præceptorum Regulæ pro
Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de observantia ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Fides
translum-
ptorum.Dat. 14.
Jun. 1695.
P. A. 4.

LIX.

Declaratio quarundam Litterarum Innocentii XI. circa observantiam Vitae Communis, aliorumque praeceptorum Regulæ pro Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia emanatarum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor Bre-
vis Inno-
centii XI.Exordium
à Pastoralis
solicitudi-
ne in con-
servandis
Ordinibus
Regulari-
bus in spi-
ritu primi-
tivo.Protesta-
tio Capitu-
lorum Ge-
neralium
de non ad-
missa, ne-
que admit-
tenda di-
spensatione
in præ-
ceptis Re-
gulæ.Approba-
tio hujus
protesta-
tionis, &
obligatio
in consci-
entia. Et
specifican-
tur præce-
pta Regulæ

§. I. **A** Liàs à fel. rec. Innocentio Papa XI. Prædecesore Nostro emanarunt pro Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Litterarum in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet. Innocentius Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam. Sollicitudo Pastoralis Officii, quo Catholica Ecclesiæ per universum Orbem diffusæ regimini Divina dispositione præsidemus, Nos urget, atque impellit, ut Religiosorum Virorum Ordines ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem sapienti pietate ab hac Sancta Sede institutos, magnisque in Ecclesiam Dei meritis fulgentes, in sanctis, ac primævis eorum Institutis confovere, & conservare, ac à noxiis, quæ primigeniæ religiositatis spiritum, atque vigorem extinguere, & relaxare possent, tueri, & præmunire, felicibusque illorum in via mandatorum Domini progressibus consulere, quantum Nobis ex alto conceditur, studeamus. Cum itaque (sicut accepimus) in pluribus Capitulis Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, & novissime in Vallisolerano, quod anno 1670. celebratum fuit, unanimi omnium Fratrum Vocalium consensu, declaratum, & protestatum fuerit, in nullo Regulæ eorundem Fratrum Minorum præcepto eatenus cum Fratribus Minoribus de Corpore Observantiæ, sive Observantes, sive Reformati, sive Discalceati, sive Recollecti dicantur, dispensatum fuisse, nec ipsum Observantiæ corpus ullam unquam admisisse, vel admittere dispensationem in Regula, sed potius velle pro viribus Divino favente auxilio, illam purè observare, juxta Summorum Pontificum declarationes, à Fratribus Observantibus, seu de Observantia in suis Statutis Generalibus recopilatis pro Cis montanis anno 1663. & pro Ultramontanis Anno 1621. ac à Reformatis, Discalceatis, & Recollectis in suis particularibus Constitutionibus respectivè admissas, & receptas: Nos pro majori hujus protestationis firmitate, & ut in Ordine præfato Status, & Regula Fratrum Minorum purè observetur, singulisque Fratribus prætextus eam transgrediendi præcludatur, eandem protestationem, & declarationem supra expressam harum serie auctoritate Apostolica approbantes, & confirmantes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudine tenore præsentium declaramus, omnes, & singulos Fratres de Corpore Observantiæ dicti Ordinis teneri in conscientia observare Regulam Fratrum Minorum S. Francisci, & præcepta ejus à fel. rec. Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontifi-

cibus Prædecessoribus Nostri exposita, & numerata ad normam Constitutionum prædictarum respectivè, & signanter, præter præcepta, quæ non ita frequenter occurrunt, & recitationem Divini Officii, teneri ad jejunia præcepta in Regula, nisi excuset necessitas; ad incedendum sine calceamentis, hoc est absque aliquo quod pedem cooperiat, cuiuscumque illud materiæ sit, nisi adsit vera necessitas à Præfato approbanda; ad non equitandum, nisi infirmitas, vel necessitas iudicio Superiorum probata excuset; ad vilitatem vestium juxta prædictas Constitutiones respectivè; ad non utendum pluribus vestimentis, quam illis, quæ Regula præscribit, nempe unâ tunica cum caputio, & aliâ sine caputio, chordâ, & femoralibus: nam aliud quodvis vestimenti genus ultra prædicta (excepto mantello ab initio Religionis licito) ut indusia, seu camisia, sudariola, tunicellæ, & similia sunt contra Regulam, nisi adsit vera necessitas excusans à præcepto per Prælatum approbata: Ac demùm teneri ad capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum de non recipiendis denariis per se, vel per interpositam personam. Aliarum enim rerum necessariarum possunt Fratres Minores de Corpore Observantiæ hujusmodi habere usum, licet non dominium; denariorum autem, nec dominium, nec usum, & proinde quævis contrectatio pecuniæ, seu denariorum, quæ non sit purè naturalis, seu quæ sit quovis modo politica, cuiuscumque domini sint denarii, seu pecunia, Fratribus Minoribus Observantibus, seu de Observantia est omnino prohibita. Ac propterea omnes, & singulas dispensationes, concessionem, & consuetudines, si quæ contra præmissa in Corpore Observantiæ Ordinis prædicti reperiantur, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earundem tenore præsentium revocamus, callamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac revocatas, cassatas, irritas, & nullas, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuas esse & perpetuò fore decernimus, & declaramus, Declarantes tamen pariter, quod per præmissa non prohibentur in dicto Ordine Syndici Apostolici, cum eorum usus non sit dispensatio in Regula, sed modus à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri provisus pro puriori illius observatione, sive ejusmodi Syndici assumantur ad præscriptum Constitutionum Nicolai III. & Clementis V. Prædecessorum præfatorum, sive secundum dispositionem Constitutionum rec. mem. Martini IV. & Martini V. ac Pauli IV. Prædecessorum pariter Nostrorum, prout illorum usus in singulis Familiis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis Ordinis prædicti respectivè fuerit receptus. Ut autem in ingressu Religionis unusquisque de obligationibus, quas assumere vult, plenè informetur, statuimus, ut nullus recipiatur ad habitum regularem in eodem Ordine, nisi prius plenè informatus sit de prædictis præceptis Regulæ obligantibus in conscientia, & præviâ hac notitiâ, velit probationem subire: nec quisquam admittatur ad professionem regularem, nisi prius examinatus sit de intellectu Regulæ, & præceptorum ejus, juxta prædicta, & deinde immediatè ante illam coram tota Communitate fiat ei protestatio, quod ad observantiam Regulæ cum omnibus ejus præceptis, tunc enumerandis, & exprimendis, obligetur in professione, eamque protestationem admittat, & sub ea professionem faciat. Quia verò efficacius prædicta observandi medium est exemplum Prælatorum, sive Superiorum, idèò statuimus pariter, neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem Observantiæ non sequatur, hoc est, qui frequenter equitet, seu infirmitatem, quâ ab obligatione pedibus incedendi excusetur, habeat; qui indusiis, seu camisiis, aut lineis utatur apud se, vel in lecto, qui calceatus incedat, qui jejunia Ecclesiæ, & Regulæ non observet, qui aliquando ausus sit contrectare pe-

Dispensa-
tiones con-
trariæ cas-
san-
tur.Declaratio
usui liciti
Syndicorum
Apost.Recipien-
di infor-
mentur de
præceptis
& in profes-
sione
fiat protesta-
tio.Quando
inobservantia
præceptorum indu-
cat ineligibilitatem
ad Prælaturam
Ordinis.

cunias

Admini-
stratio
prohibe-
tur cuius-
cunque
sint bona.Decreta
roboran-
tia.Clausula
sublata
cum de-
creto irri-
tanti.Deroga-
tiones.

cunias, nisi jam per triennium saltem emendatus sit, qui notabiliter defectuosus sit in assistendo Communitatibus Chori, Refectorii, & aliis, prout sibi in Constitutionibus præscribitur. Porro electio illius, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritanda sit à Prælato, sive Superiore Generali, capta informatione extrajudiciali pro sua conscientia, sine strepitu iudicii, cum consilio tamen, & assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel saltem Definidores Provincie sint, vel fuerint: Ipsorum autem conscientias, ne aut ille expellatur qui vitam communem sequatur, aut ille confirmetur, qui eam non observet, oneramus. Demum, ut omnis occasio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, seu pecuniis auferatur, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prælati, sive Superioribus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pena privationis suorum officiorum injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum, reddituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cuiuscumque domini illa sint; & signanter ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium alicujus Monasterii Monialium sub quovis prætextu, aut nomine, nempe Administratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili. Decernentes easdem præsentis Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Superiores, & Fratres Ordinis præfati, alique quilibet, cuiuscumque status, gradus, ordinis, præminentie, vel Dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque propter quas ipsæ præsentis emanant, non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris, seu Statutorum, & Constitutionum dicti Ordinis reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel, emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed easdem præsentis Litteras semper firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri; sicque, & non aliter in præmissis censi, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros; Sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ regulæ de Jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Pro-

vincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non dicti Ordinis, ejusque Congregationum, Reformationum, Provinciarum, & Conventuum quorumcumque, aliisque quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, styliis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ordini, ejusque Superioribus, fratribus, & personis quibuscumque, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac Confistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac quantibuscumque vicibus confirmatis, & approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & inferrentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes; illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Novembris 1679. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Bonaventura Poerius Minister Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exposuisset, nonnulli Visitatores ex utraque Familia ejusdem Ordinis, tam de Observantia quam Reformati, dubium ei proposuerint: An eorum Religiosorum, qui vitam communem in victu, vestitu, Chori frequentia, iter pedibus agendo, aliisque similibus à Regula præscriptis rigoribus non observant, idque ex infirmitatis, sive alterius impotentie causa, quæ eos, juxta Textum Regulæ, & Constitutionum dicti Ordinis, excusat, adeoque à transgressionis culpa eximit, electio in Prælatos, sive Superiores in eodem Ordine valida sit: Eaque, si aliis canonicè facta reperiatur, & illi officiorum, ad quæ fuerint electi, cæteroqui sint capaces, ab ipsis Visitatoribus confirmari possit, & debeat.

§. 3. Ipse verò Bonaventura Minister Generalis, tametsi existimet Religiosos, qui propter infirmitatem, aut aliam quamvis necessitatem vitam communem, aliaque in præfatis Innocentii Prædecessoris Litteris præscripta exactè observare nequeunt, ab officiis, & gradibus Superioritatis excludi debere, sequere, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem Ordinis supradicti, eos etiam alias canonicè electos, juxta earumdem litterarum formam, excludere posse, illos autem, qui culpabiliter dictam vitam communem non observant, & ex malitia delinquant, non solum ab officiis, & gradibus hujusmodi excludi, sed etiam poenis contra transgressores statutis puniri debere: Nihilominus, dubium præfatum declarari, ac alias desuper opportunè à Nobis provideri plurimum desideret.

§. 4. Nos ejusdem Bonaventuræ Ministri Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,

Fides
transumptorum.Data Bre-
vis Innoc.
XI. 20.
Nov. 1679.Dubium
super eli-
gibilitate,
vel in eli-
gibilitate
illorum,
qui non
servant ri-
gores abli-
que culpa.Opinio
P. Genera-
lis.

Inobser-
vantes ab-
que culpa
declaran-
tur ineli-
gibiles, &
electiones
irritandæ.

Inobser-
vantes ex
culpa pun-
iendi.

Decreta
roboran-
tia.

Deroga-
tiones.

Fides
translum-
porum.

Dat. 2. Ju-
lii 1695.
P. A. 4.

LX.

cenfuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit, ad effectum præfentium dumtaxat conſequendum, harum ferie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ipſius Bonaventuræ Miniſtri Generalis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabiliſſimo Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum ſuper diſciplina Regulari ſpecialiter à Nobis deputatorum, qui rem mature diſcuſſerunt, conſilio, Religioſos omnes præfati Ordinis, qui vitam communem Obſervantiæ in præſentis Innocentii Prædeceſſoris Literis præſcriptam verè, & cum effectu ſequi non ſolent, etiamſi id ex infirmitate, ſeu alia quavis neceſſitate, & abſque ipſorum culpa accidar, in Prælatos, ſeu Superiores ejuſdem Ordinis eligi non poſſe, eorumque electionem, ſi quando fiat, tametiſi aliàs canonica foret, à Prælato, ſive Superiore Generali dicti Ordinis, ſervatâ quoad hoc earum literarum formâ, irritandam eſſe.

§. 5. Illos verò, qui in prædictis Obſervantiæ communibus exercitiis, ſeu in eorum aliquo culpabiliter deficere conſueverunt, non modo ut ſupra ineligibiles eſſe, ſed inſuper poenis Conſtitutionum ipſius Ordinis ſubjacere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, ac etiam ſtatuiſſimus, & ordinamus.

§. 6. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quodcumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcien-ter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus, Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in præſentis Innocentii Prædeceſſoris Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout ſides ubique locorum tam in Judicio quam extrâ illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſuo Annulo Piſcatoris die 2. Julii 1695. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

J. F. Card. Albanus.

Conſtitutio ſuper electione Signaturæ Juſtitie Vo-
tantium, & indulto eiſdem conceſſo Rochet-
tum in Romana Curia, & Cappam magnam
in ejuſdem Signaturæ Collegiali congreſſu de-
ferendi.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei me-
moriæ.*

Exordium
à Juſtitie
admini-
ſtratione
exornanda

Inter graviſſimas, & multiplices curas, quibus ex debito paſtoralis officii humilitati noſtræ divinitus crediti inceſſanter urgemur, in illam peculiari-
bus ſtudiis intendimus, per quam adminiſtratio Ju-
ſtitie nedum ab abſurdis, quæ irreperant, vindi-
cetur, ſed in meliorem formam redacta, exactiori
ordini reſtituta, ac Judicibus majori tum virtutis,
tum honoris prærogativâ decoratis commiſſa, in dies
magis magisque reſulgeat.

§. 1. Hujus conſiderationis intuitu, cum aliis
particularem Congregationem nonnullorum dilecto-
rum filiorum Romanæ Curie Prælatorum ſuper
abſuſum, præſertim judicialium reformatione de-
putaverimus, quamplura ab eadem Congregatione
deſuper edita, & impreſſa Decreta oretenus appro-
bavimus, nec non de ejuſdem Congregationis con-
ſilio Noſtris Anno Incarnationis Dominicæ milleſi-
mo ſexcentefimo nonageſimo ſecundo quintodeci-
mo Kal. Octobris ſub plumbo expeditis Literis,
particularia Almæ Urbis Noſtræ Tribunalia ex pri-
vilegio conſtituta ſuppreſſimus, & abrogavimus,
eademque privilegia, & Tribunalia ad Jus com-
mune, & Judices Ordinarios memoratæ Curie re-
duximus. Et ulterius, ut Officia Cauſarum Curie
Camere Apoſtolice Generalis Auditoris, nec non
ejuſdem Camere Theſaurarii Generalis, duodecim
Clericorum, & Præſidentis, quæ prius mediante
pretio ad vitam concedi conſueverant, in poſterum
ad Noſtrum, & Romani Pontificis pro tempore
exiſtentis, & Sedis Apoſtolice beneplacitum Viris
vitæ, & morum integritate præſtantibus, Litera-
rum ſcientiâ præditis, rerumque humanarum ex-
perientiâ inſignibus, ad majorem Dei gloriam,
ejuſdem Romanæ Curie, & Prælaturæ decorem,
nec non virtutis incitamentum, & premium gra-
tis, & nullo recepto pretio concederentur, per
alias ſimiles Noſtras eodem anno decimo Kal. No-
vembriſ expeditas Literas, præſatorum Officiorum
venalitatem ſuppreſſimus, extinximus, removi-
mus, & abolevimus.

§. 2. Et inſuper ex tunc etiam ad Noſtrum
Signaturæ Referendariorum Collegium, quod aliàs
ſel. rec. Alexander PP. VII. Prædeceſſor Noſter in
ſuis ſimilibus Literis ſub Dat. videlicet Anno ejuſ-
dem Incarnationis milleſimo ſexcentefimo quinquage-
ſimo nono Idibus Junii inter cætera crexit, &
inſtituit, ac ex duodecim Signaturæ Juſtitie Vo-
tantibus ſub eorum Capite, & Moderatore ejuſ-
dem Signaturæ Juſtitie pro tempore exiſtente Præ-
ſecto, repræſentari voluit, mentis Noſtræ aciem
convertentes, & ut ad præſatum Collegium Viri
ſimiliter digniſſimi, quoad fieri poſſet, ſemper admit-
terentur, cupientes, conſideravimus, quod licet
idem Alexander Prædeceſſor in præſatis ſuis Literis
hujusmodi Volantes de corpore, & numero dicto-
rum Referendariorum eligendos eſſe ſtatuiſſet: nul-
la facta mentione, an eligendi eſſent priores, ſeu
antiquiores Referendarii, diuturnus tamen uſus
ante, & poſt eaſdem Literas invaluerat, in Volan-
tes præſatos aſſumendi, ſeu eligendi dictos Priores,
ſeu antiquiores Referendarios.

§. 3. Quocirca Nos virtutis præſtantiam non in
ſola muneris prioritate, ſeu antiquitate conſiſtere,
& aliquando poſteriori in officio prioribus doctio-
res, & aptiores exiſtere, perpendentes, & propre-
tâ antiquitatis rationem non niſi cæteris paribus
habendam eſſe volentes, Motu proprio, ex certa
ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque
Apoſtolice poteſtatis plenitudine ex tunc memora-
tum Collegium deinceps fore merè, ſimpliciter, &
dumtaxat electivum, nec in ejuſmodi Volantium
electione, ſeu aſſumptione muneris, vel officii
Referendarii prioritatem fore ampliùs attendendam,
ſed Volantes hujusmodi ad Noſtram, & pro tem-
pore exiſtentis Romani Pontificis electionem, &
providam deliberationem, habito ad virtutis præ-
rogativam, & meritum excellentiam reſpectu,
eligendos, & aſſumendos eſſe ſtatuiſſimus, decrevi-
mus, & declaraviſſimus; & pro majori hujusmo-
di ſtatuti, decreti, & declarationis firmitate,
ac prompta, & opportuna exequutione anti-
quum, ſeu tunc exiſtens Signaturæ Juſtitie Vo-
tantium Collegium penitus, & omnino ſuppreſ-
ſimus, ac extinximus, novumque partim ex
antiquis, & partim ex tunc noviter aſſumptis
Volantibus pietate, doctriâ, prudentia, & re-
rum uſu præſtantioribus, Collegium hujusmodi,

Narrat à
Sanctitate
Sua ordi-
nata intui-
tu d. admini-
ſtratio-
num.

Narrat
erectionem Col-
legii vo-
tantium Signaturæ
Juſtitie factam ab
Alexand.
VII.

Uſus in-
troduce-
rat aſſumi
in Volan-
tes anti-
quiores ex
Referen-
dariiſ.

Sanctitas
Sua man-
davit in
poſterum
aſſumen-
dos ad ele-
ctionem
Pontificis.

Suppreſſio
antiqui
Collegii
erexit no-
vum aſſu-
mendo in
Volantes
Referen-
darios ſibi
benevolos.

cum